



## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Thomæ Tamburini Societatis Iesu Siculi  
Caltanisettensis, In Alma Vniversitate nobilis Civitatis  
Messanæ, Theologiæ Primarij Professoris. Explicatio  
Decalogi Duabus distincta partibus**

In qua omnes ferè conscientiæ casus, ad decem Præcepta pertinentes,  
mira brevitate, claritate, & quantum licet, benignitate declarantur

Continens sex Libros posteriores in Decalogum, id est, expositionem  
præceptorum secundæ tabulæ

**Tamburini, Tommaso**

**Monachii, Anno M.DC.LIX.**

Præmittitur regula generalis, nu. [i.e. paragraph.] 1.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39995**

continuat ipsam ablationem rei alienæ; restitutio sit semper exhibenda, est, quia siquidem non restituendo continuat, *injustitia*, qua quis alienum accepit, & veluti de novo auferit. Præceptum autem de non auferendo, id est, de furto non faciendo negativum esse, & ipsa fiat restitutio, ergo, donec res remanet, ad semper obligare, nemo est, qui ambigat.

## CAPVT SECUNDVM.

*De prima radice seu causa Restitutionis  
qua est injusta acceptio seu  
detentio.*

## §. I.

*Præmittitur Regula generalis.*

**Q**uamvis ad duas reducant varias restitutionis radices recte Theologi, nos tamen ad plures reduximus, claritatis gratia, superius aa. Incipimus ergo à prima, quæ est *injusta acceptio*.

aa sup. init. hujus lib. 8. nu. 1.

2. Regula generalis 2. Quia i per actionem externè *injustam*, ac per culpam Theologicam *gravem*, proximam accepit, statim illam totam, seu totum ejus valorem restituere domino obligatur, etiam si ea res non extet, sed quomodocumque perierit. Hoc ultimum (etiam si non extet) maximè est ad vertendum in hac radice: nam in alia, quæ est ex re accepta, si res non extet, sed bona fide consumpta inventatur, non est aliquid restituendum, nisi illud, in quo factus sit quis locupletior, ut mox suo loco explicabitur. Ratio autem, cur ex præsenti radice

a colligitur ex Doctrina ac DD.  
mox.

3. Porro in hac regula tot sunt, ut ita dicam, mysteria, quot verba; primò dicitur, per *acceptiōēm* *injustam*: secundò, *externè* *injustam*: tertiò, per *culpam Theologicam*: quartò, *gravem*: quintò, *debere restituī statim*: sextò, *totam rem seu valorem*: septimò, etiam si perierit. Sigillatim hæc si percurremus, nihil erit præterea, quod pro *explicatione* hujus radicis desiderandum sit.

## §. II.

*Per actionem injustam.*

**C**ertum est apud omnes 2, onus *restitutionis* oriri solum ex culpa contra *Iustitiam*. Ratio est, quia sola illa inducit *inæqualitatem* in *rebus temporalibus*, ergo sola illa ad *æqualitatem* ponendam obligatur. Quare, quando quis votum ad vertendum in hac radice: nam vir, v. g. calicem dare Ecclesiæ, illum in alia, quæ est ex re accepta, si res non extet, sed bona fide consumpta inventatur, non propriè restituere, quia tunc non operatur homo ad pondendam *æqualitatem*, quam ipse per impletior, ut mox suo loco explicabitur. quam *acceptiōēm* abstulit. An non solum *Iustitia commutativa*, verum etiam

